

Ordo phas. Quantitas. Tempus.
Dig. / H. / "

Fig. I.	Initium	Dig.	H.	"			
		-	-	-	nubibus tectum.		
I		0	44	8	2	10	
II		1	30		12	5	Mons Porphyrit. tectus.
---		---	---		20	40	Luna nubibus tecta.
III		4	26		34	5	
IIII		4	48		41	40	
V		5	17		54	40	
VI		5	32	9	5	30	
VII		5	15		18	25	
VIII		4	48		20	20	Mons Porphyrites dete-
VIII		3	56		34	10	ctus.
---		---	---		40	0	Nubes interveniunt.
X		2	59		47	30	
XI		2	14	10	0	5	Lacus niger major de-
XII		2	3		4	50	tectus.
XIII		1	38		8	5	
XIII		1	7		11	25	
XV		0	32		15	0	
Finis		---	---		18	0	

Proportio Semidiametrorum Lunæ & umbræ telluris
ut 16 ad 40 circ.

III.

Prodiit nuper tabula geographica hoc titulo: Basis Geographiæ recentioris Astronomica, in qua situs locorum insigniorum geographici ea exactitudine, qua celeberrimi Astronomi eisdem per observationes e plurimis luminarium & circumjovialium eclipsibus nobis hætenus suppeditarunt, pro certiori Geographiæ stabilimento positi designantur a *Io. Gabriele Doppelmaiero*, Math. P. P. opera *Io. Bapt. Homanni*, S. C. M. Geographi. Sistitur in ea Globus, locorum longitudine & latitudine accurate indicata, additis ubique eorum nominibus, quorum observationes secutus est auctor. Optandum foret, ut omnes tabulæ geographiæ eadem accuratatione exhiberi possent. Quanquam enim hic etiam necessario fuerint admittendæ observationes quedam, quarum omnimoda perfectio extra omnem controversiam nondum est posita; pleræque tamen dubio carent; quas inter adhibita in latitudine longitudineque urbis Noribergensis indaganda cura facile palmam omnibus præripit.